

## Angers 59 (lat)

[Ohne Titel]

Nos enim **illi** et con[i]ux<sup>a</sup> mea **illa**.

Dum non est incognitum, qualiter aliqua femena nomine **illa** servo nostro nomen **illo** ad coiugium copulavit, et modo nos bona voluntate convenit, ut, quamdiu quidam in coiugio sunt copolati<sup>b</sup> ipsa femena per nos non debeat esse declinatam |<sup>1</sup> in servicio et agnacio, se ex ipsis procreata fuerit, ad ingenuetatem capitis eorum debeat permanere ingenui. Si quoque, ut se eis necessitas fuerit, ad servicio caput eorum inclinatur, non ei detur licencia nisi ad nos, ad heredis nostris propinquioris. Et peculiare, quod stante<sup>c</sup> coniugio laborare potuerit, ipsa femena tercia parte exinde habeat absque nostra repeticione vel eredum nostrorum. Deinde in hanc epistola nobis intimare convenit, se nos ipsi aut heredis vel propinqui nostri seu quislibet opposita persona, quis ad traditis convenencias ipsa femena commodolare<sup>d</sup> voluerit aut contra epistola hec agere, cui timptator fuerit, soledus |<sup>2</sup> **tantus** conponat et nihil vindicit et quod repetit et hec epistola omni tempore firma permaneat.

<sup>a</sup>coniux] für conux Fu<sub>2</sub>, so auch Zeu

<sup>b</sup>copolati] für copolavi Fu<sub>2</sub>, so auch Zeu

<sup>c</sup>stante] für si tante Fu<sub>2</sub>, so auch Zeu; sit ante emendiert Mab

<sup>d</sup>commodolare] lies declinare

<sup>1</sup>[fol. 183<sup>v</sup>]

<sup>2</sup>[fol. 184<sup>r</sup>]

